

Postquam bellum finit, Aenēās Lāvīniam in mātirimōnium dūcit et novam urbem, Lāvīnium, facit. Mox Latīnus in bellō moritur et Aenēās est rēx Latīnōrum. Aenēās et Lāvīnia fīlium, cui nōmen est Silvius, habet. Post multōs annōs, Aenēās quoque in bellō moritur. Ascānius iam est rēx.

Ascānius ā Lāvīniō discedit et urbem novam facit. Haec urbs est sub montibus Albānīs et nōmen est Alba Longa. Ab Albā Longā, Ascānius per omnēs Latīnōs rēgnat et fīlium, cui nōmen est Iulus, habet. Postquam Ascānius moritur, quod Iulus est puer, Silvius fit rēx. Fīlii Silvii sunt Aenēās Silvius et Brūtus.

Brūtus cāsū Silvium interficit et omnēs cogunt eum discedere ab Ītaliā. Brūtus ad Graeciam nāvīgat et multōs Trōiānōs captīvōs invenit. Brūtus Graecōs vincit et Trōiānōs liberat. Iam Brūtus et Trōiānī ad Āfricam nāvīgant et per Āfricam iter faciunt. Brūtus quoque in Āfricā Trōiānōs invenit. Ūnus Trōiānus est magnus vir, nōmine Corineus. Brūtus et Corineus fiunt amīcissimī.

Iam Brūtus per Hispāniam ad Galliam Trōiānōs dūcit et multōs Gallōs pugnat. Brūtus identidem Gallōs vincit, sed multī Gallī sunt in Galliā! Itaque Brūtus ā Galliā nāvīgat ad magnam ĩnsulam. Haec ĩnsula est Albion.

Incolae Albiōnis sunt nepotēs Neptūnī et omnēs sunt gigantēs. Multōs annōs Brūtus et Trōiānī contrā gigantēs pugnant. Trōiānī gigantēs vincit et magnum festum habent. Sed gigantēs subitō clāmant et in festum lapidēs iaciunt. Trōiānī celeriter gigantēs interficiunt praeter ūnum. Hic est rēx gigantis, Geomagog.

Brūtus clāmat, “Volō videre Corineum luctārī hunc gigantem!” Corineus ad Brūtum it et Geomagog videt. Corineus est magnus, sed Geomagog est gigās! Nihilōminus Corineus ad Geomagog it, parātus luctārī. Geomagog Corineum tenet et trēs costās eius frangit. Iam irātus, Corineus vī magnō Geomagog tollit et eum ad rupem fert. Corineus gigantem ē rupe iacit et Geomagog in mare cadit et moritur.

Iam Brūtus est rēx in tōtā ĩnsulā et nōmen ĩnsulae mūtāt. ĩnsula nōn iam est “Albion,” sed “Britannia.”